



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et  
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

**Mennens, Frans**

**Maceratae, 1623**


Ordo Eqvitvm Militiae Christianae sub titulo Beatae Mariæ Virg. Matris Dei &  
Sancti Michaelis Archangeli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10718**

O R D O E Q V I T V M  
Militiae Christianæ sub titulo  
Beatae Mariæ Virg. Matris Dei  
& Sancti Michaelis Archan-  
geli.

culo discordias grauis inter fundatores, sive Inscitutores interposuit, quo factum fuit, ut tanti incipiti cursus retardatus sit, vel maxima ex parte.

*EQUITES APVD TVRCAS  
& Indos.*



Vit apud Turcas & barbaros re-  
cepsum Militaris honoris aucto-  
ramentum : quo titulo Selymus I. I.  
Turcarum Imp. Gentilem Bellinum ,  
ob insignem in arte pingendi excel-  
lentiam, Constatinopolim euocatum,  
in Equestrem ordinem cooptauit , &  
in signi torquis aurei donauit . Verum  
an Christianus ab infideli creatus e-  
ques pro legitimo haberri debeat in  
dubium reuocare videtur Franciscus  
Sansouinus .

Principes certè Christiani, infideles Equestri honore haud designati fuere; certumq; se auctorem compérisse adfirmat Hiero. Curita, qui prodiderit Bernardum Porterium acobi 14. Aragoniæ Regis legatum missarum solennib. Alexandriæ celebratis, Babyloniæ Soldani filium, patris rogatu, militari cinctum auctoramento, Regis Aragoniæ nomine decorasse.

Sic Ferdinandus cognomento Sanctus , Mahometem expeditionis cōtra Hispalim suscep̄t comitem, capta vrbe & equitem creauit . & insignibus Castellae cum duobus serpentum capitib⁹ donauit, quæ Granatæ Reges deinceps feruarunt, cum antea claves cyaneas in scuto argenteo, Reges Andalusiæ pro insignibus gestarent: ea que re significabant se Gadium, & tractus maritimi potentes, quasi claves propagandi, per occasum impe- rij in potestate habere. Claudio etiā Faucetus in originibus suis Gallicis, citat librum ceremoniarum, quibus Hugo Taborius Eques regni Hierosolymitani v̄sus traditur, cum Saladinum Aegypti Soldanum, decus militare expertem, equestri cingu- lo adornaret.

*In originibus Equestribus.*

Lib. 2. Re-  
tū Aragon.

*Anton.  
Beuter. li.  
2. f. 43.*

*Insignis  
Regū Gra-  
nass.*

*Ann. 1200  
Claudius  
Faucetus  
de Equiti-  
bus.*

168